

κόσμῳ παραπέμπουσαν, τὸν ἐνεστῶτα τῷ μέλλοντι. Τίς \* οὖν ἐκείνου μᾶλλον, \*577  
ἢ παρθενίαν ἐτίμησεν, ἢ σαρκὶ ἐνομοθέτησεν, οὐ τῷ καθ' ἑαυτὸν ὑποδείγματι  
μόνον, ἀλλὰ καὶ οἷς ἐσπούδασε;

praesentem nimirum \* ad futurum. Quis igitur magis quam ille, aut \*578  
virginitatem in pretio habuit, aut carni leges imposuit, idque, non  
suo tantum exemplo, sed etiam per ea quibus operam dedit?

### S. PHOEBADIUS Agennensis († post 392)

#### DE FILII DIVINITATE ET CONSUBSTANTIALITATE TRACTATUS <sup>1</sup>

491 Cap. VIII. [...] De Spiritu Dei Virgo concepit, et quod concepit, <sup>PL</sup>  
hoc peperit, id est, Deum homini suo, ut iam dixi, sociatum, sicut <sup>20, 48</sup>  
ipse dixit: *Quod nascitur de carne, caro est; et quod nascitur de spi-  
ritu, spiritus est:* <sup>2</sup> quia Deus spiritus est, et de Deo natus est. Sicut  
et Angelus ad Mariam Virginem dixit: *Spiritus Dei veniet in te, et  
virtus Altissimi obumbrabit te: propterea quod nascetur ex te sanctum,  
vocabitur Filius Dei.* <sup>3</sup>

Vides ergo ipsum Spiritum, id est Filium Dei venisse ad virgi-  
nem; et inde Dei et hominis Filium processisse: nec tamen ipso in-  
dumento carnis Dei Filium esse mutatum; sed eundem ipsum esse  
in homine, qui fuerat ante mundum cum Patre, per quem facta  
sunt omnia, et sine quo factum est nihil, sicut Evangelista ait: *Mun-  
dus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit.* <sup>4</sup>

<sup>1</sup> Nonnulli asserunt hunc libellum *Gregorii Iiberitani* esse (PLS I, 785).

<sup>2</sup> Io. III, 6.

<sup>3</sup> Lc. I, 35.

<sup>4</sup> Io. I, 10.

- PL 20, 27, 45, 150, 232, 369, 370, 372, 446.
- PG 35, 861, 1181. PG 36, 80, 180, 236, 289, 633.
- PG 37, 469, 574, 959, 1073, 1469.